



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Peculiares à ratione impugnationes contra præfinitiones de se efficaces,
& prædeterminatiuas.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

auxilij donatone purificatur conditio, prædeterminationis cum consensu absoluto voluntatis, & necessitatem, quam futuritionis absolutæ consensus prædeterminatio affert, solummodo consequentem esse: siquidem, nec alterius rationis, imo, neque alia, ab ea est, quam futuritio conditionata consensus ad absolutam eiusdem futuritionem purificata conditione affert: quæ hanc naturæ priori non antecedit, sed potius tunc subsequitur: siquidem casu, quo (ut absolute potest) posita, & purificata conditione absolute non esset consensus, fore illum sub ea conditione falsum esse: nec futuritio eius conditionata, nec præsentia proinde, neque prædeterminatio per illam conditionem, siue auxiliium fuisset. Unde tertio fit: scientiam conditionatam, quæ illam conditionatam futuritionem necessario supponit, & prædeterminationem, quæ ei scientiæ necessario innititur ab exercitio absoluto libertatis voluntatis in sui positione, pro suo priori signo pendere, ita, ut absolute in potestate voluntatis, purificata etiam auxiliij congrui vocatione, sit, ne eiusmodi præsentia, & prædeterminatio pro signo illo anterior fuerit. Non secus, ac futuritionem conditionatam (cui tota prædeterminationis machina innititur) eadem sua indifferenti ad utrumvis potestate, ac libertate in actu primo (in qua etiam potestas non consentiendi clauditur) purificata etiam conditione impedire absolute voluntas potest, ne fuerit pro priori suo maioris vniuersitatis per absolutam consensus negationem.

II. Sed tamen nihil horum, si semel, vel maioris vniuersitatis, vel naturæ priori præcedat, potest, purificata ex illis conditione, abolere voluntas ne fiat, sicuti ex suppositione consensus sui absoluti purificata conditione, ne sit, facere absolute nequit: esset enim potestas ad coniungendam cum actu eius negationem, & contradictorium, quæ chimerica omnino potestas est. Sine hac verò potestate faciendi, ne absolute sit consensus voluntatis, qui semel est, purificata conditione, ne pro suis signis ea omnia, quæ semel sunt, & præcedunt, sint pro illis, & præcedant ne fuerint tamen, nec pro suis signis ea omnia præcesserint, absoluta potestas voluntatis est; siquidem, cum futuritio conditionata sub eius auxiliij hypothesi, & conditione, & subinde reliqua præfata ipsi innitencia à consensu absoluto voluntatis contingenti purificata conditione in sui positione pendeant (qui à libera omissione consensus purificata etiam conditione reuocari absolute potest) futuritio conditionata, & præfata ipsi innitencia impediri absolute possunt, ne pro suis signis fuerint; tamen verum est plane, in voluntate non posse esse potestatem absolutam posita conditione ad præstantiam ne illa semel posita, siue ex suppositione, quod suis quæque signis præcesserint non sint, nisi sit potestas ad omissionem absolutæ consensus posito etiam absoluto consensu: cui, ut diximus absolute futuro, ut tali, purificata conditione futuritio eiusdem conditionata, & præfata reliqua eam supponencia innituntur. Verum dependentia hæc præsentia conditionata obiectiua solum ac subinde prædeterminationis à futuritione conditionata, ac demum, cum purificatur conditio à futuritione absoluta consensus, cui conditionata veritas, & futuritio innititur, nec tanquam à morali dispositione, merito, vel merito prædeterminationis est, ut dixi; sed tanquam à materia capaci, quæ prædeterminatione à Deo ad finis intenti infallibilem affectionem assumi possit: nisi enim auxiliium habiturum effectum, si daretur, & esset, & præfatur apta media prædeterminationis ad salutem prædeterminati infallibiliter obinendam Deo non forent: sicuti in aduersariorum præsentium sententia salus, & consensus, & subiectum prædeterminati præfati à Deo minime possent, si essent impossibiles: ac proinde eorum possibilitas ad Dei præsentiam, & scientiam simplicis intelligentiæ, quæ præsentia illa regulantur necessario supponitur ac subinde duo hæc à consensu, & salutis per eam præsentiam prædeterminati tanquam à materie capacitate obiectiue pendunt. Neque verò id obest quominus tota prædeterminationis vniuersitas præ alio ratio, & causa, ac proinde prædeterminati à reprobo discretio penes Deum sit: vterque enim materiam capax, & obiectiue offert ad prædeterminationem suam: cum nemo sit, esse possit, qui singularis, & omnibus auxiliis diuinis non sit consensus, ita ut nulli eorum omnium, quæ in Dei omnipotentia

continentur, consensus est, & si daretur, ut suo loco monstrabitur ex sola ergo gratuita misericordii, liberali, ac benefica Dei voluntate pender, huic potius præ alio, ea, quibus consensus est, si donetur, & saltem consecuturus, auxilia ex præsentia prædeterminationis sua præparare; non verò alteri, cui præparare etiam possit, si vellet: in eoque, ac proinde penes Deum solum tota prædeterminati à reprobo discretio est.

QVÆSTIO VIII.

An per alias rationes præfata liceant præfationes.

RObvrsi hæc præfationum prædeterminationum communibus impugnationibus nostraria etiam, leuioris fors armatura, placuit foris adnectere.

CERTAMEN I.

Peculiares à ratione impugnationes contra præfationes de se efficaces, & prædeterminatas.

1. **S**it impugnatio ex ipsa natura arbitrij, & voluntatis nostræ, quam mobilem ab alio solum intentionaliter, seu per obiecti propositionem, physice verò, à se ipsa tantum, mobilem semper iudicavi: imo ita cessat Valq. 1. 2. d. 26. n. 4. & 7. & 1. p. d. 99. c. 8. n. 51. afferens voluntatem necessitari non posse ad amandum obiectum, de quo boni, & mali ratio repræsentatur: id quod, si mobile ab alio physice esset non erat cur cum eo iudicio indifferenti non posset physice ab alio ad amandum determinate impelli, & determinari, siue necessitari: quare non esset physice mobile ab alio supponit: quia si mobilis physice ab alio esset nulla assignari repugnantia posset principij alterius necessitatis illam, siue illud decretum prædeterminationum consensus extrinsece, siue quatuor intrinsece voluntati inherens de seque conerxa cum obiectu, & ad illum irresistibiliter inducens: quæ ut omnino necessitanti non solum reuocit, sed asserit Valqui repugnantia. Huic principio consentit Guilielmus de Rubione in 1. d. 10. q. 2. art. 1. sine & in 2. d. 25. q. 2. art. 1. concl. 2. arbitrium liberum necessitari non posse multis probans. Nec solum, ut liberum formaliter, intelligit; nihil enim afferret: cum esse liberum absolute, idem atque non esse absolute necessitatum ad operandum, etiam per aduersarios sit: quare loquitur de voluntate, seu arbitrio cum iudicio indifferenti: quod, ut dixi, si mobilis etiam physice voluntas nostra sit, saluari non potest. Consentunt etiam S. Th. 1. 2. q. 6. art. 4. vbi Conradus, & Cater. S. Bonauen. in 1. d. 25. p. 2. q. 5. & 6. art. 6. Egidius ibi q. 1. art. 3. ad vlt. argum. principale Ricard. art. 4. q. 1. sine, & 2. Durand. quest. 4. ad 2. & in 4. d. 29. quest. vnic. §. *Ad questionem*. Paludan. ibi quest. 1. art. 1. concl. 1. quos omnes refert Ruiz de Scient. d. 53. sect. 3. n. 7. Mitto Marsilius, qui in potentiam voluntatis, ut ab alio necessitetur in immobilitatem physicam illius ab alio nequit reducere. Cum neque intentionaliter visione Dei necessitate posse voluntatem ad eius amorem doceat. Scio oppositum doceri ab Holobis in 1. quest. 3. art. 3. & 9. post solut. ad 13. *de seris* Abulensi Iosue 11. quest. 79. med. Ruard. Tapper. art. 7. contra Lutherum, Soto 1. de natur. & grat. cap. 6. col. 3. Bellarm. lib. 4. de grat. & lib. arbit. c. Suarez 1. de auxili. c. 4. & d. 19. metaph. Ruiz cit. d. 53. sect. 3. num. 9. & sect. 4. 6. & 7.

2. Cæterum, et si non omnibus principium hoc nostrum de physica voluntatis immobilitate ab alio consensu sit, ne-

que illud ex instituto ostendendi locus hic opportunus; nonnihil tamen dicendum hic erit, ut verus eius sensus explicetur. Sensus igitur non est necessitati absolute physice voluntatem non posse, etiam cum iudicio indifferenti constitutam, ad non operandum: cum enim voluntas creata subordinata essentialiter in operando prima causa Deo sit. Ea præfice, quod necessarium Dei decretum concurrere cum ipsa sit, siue decreto non concurrere, posito, siue decreto concurrere est pura contradictionis libertate omisso: tunc enim cum absolute impos operandi sit, ut patet, diximusque sæpe, necessitate ad non operandum erit. Neque item negamus voluntatem formam, seu entitatem aliquo impossibili formaliter cum actu aliquo voluntatis posse ab alio opposito etiam absolute impediri, necessitateque ad eum non apponendum; sicut enim se necessitatem posito amore obiecti eiusdem odium non apponere: ita si gratia formaliter cum peccato pugnant aliunde, quam à nostre libertatis via apponatur (à Deo scilicet se solo, & è sola sua libertate ipsam infundente) ad non peccandum physice, & antecederet voluntas necessitabitur, etiam si ipsi iudicium indifferens addit. Ita etiam, & fortius vnionis hyposthatice beneficio Christi humanitas peccare etiam ventraliter, imò & quavis imperfectionem moralem admittere, adhuc antecedente potentia, nequit, ac necessitatem non peccandi sortitur, est obseruandi præcepta, ac contra perfectionem agendi commoda inducenda, & incommoda de se ab obseruatione retrahentia perfectissime penetraverit. Non ergo negamus posse voluntatem assentientia formali solum alicuius ab alio etiam apponitur, vel omitti necessitati physice, & absolute posse ad agendum, vel non agendum aliquid cum illo apponitur impossibile: neque id ex nostro hoc principio inferitur, sed solum non posse physice influxive voluntatem necessitari, imò neque aliquo modo adhuc non necessitate, sed utcumque influxive physice mouente, & impellente ab alio, quam à seipso moueri. Id enim ipsum est voluntatem ab alio, quam à se physice esse immobilem, in quo motus physicus quavis influxus ab alio, ut voluntas operetur, siue in necessitate, siue non necessitate illam ad operandum voluntati assentiri impossibilis.

3. Inde contra, de anima omnem voluntatis habitum durescens ab speciebus viuideribus, ac viuiderem obiecti, & delectationis positivæ, seu negativæ cognitionem obrepentibus in voluntate relinquere, etiam ad similes actus physice inclinantes, & impellentem negant: quia physice mouere debent voluntatem ex parte actus primi contra hoc principium, si diuersi ab speciebus & obiecti, & præteritorem circa illud actuum voluntatis essent; si autem idem cum eis speciebus sint solum intentionaliter illam mouent, & inducunt, ut patet. De supernaturalibus autem habitibus ad actus supernaturales quouique voluntatis alia est ratio. Hi enim potentiam voluntatis de se inchoatam, incompletam, & partialem complent, quidem; non autem ad actus præmouent, aut physice impellunt. Ratio autem huius principij ex natura ipsius voluntatis perenda est: quia cum voluntas, & appetitua potentia, & profectiua de se, & à se obiecti, seu boni propositi sit, omnis actus physicus impulsus voluntati sufficienter & adæquate ex parte actus primi constituitur, & in actu primo physice absolute potens, ab alio ex parte actus primi physice adueniens, & mouens impulsus non solum superfluous, sed eius natura, & essentia inconueniens, & repugnans est: ex ea quippe parte inductionis à physico illo impulsu, & motionem motum voluntatis ipsius natura præcedentibus, non se in obiectum propositum voluntas, & appetitus ipse mouet, & fert, sed ferretur, moueturque ab alio: quare nec motus appetitue facultatis est: quod cum actu voluntatis, seu appetitue facultatis profectio, & appetitio est in quo à se ipsa solummodo in proposita obiecti physice actus ferri clauditur: quare locum physico appetitui datur: cur voluntas in incognitum ferri nequeat. Si enim solum intentionaliter, id est per obiecti propositionem, mobilis sit, non autem physice ab alio implicat aperte in incognitum, non à se, sed ab alio

physice ferri; si autem ab alio mobilis etiam physice sit: non est, ut alterius motione physica moueri, ac non à se nequeat: cum enim utroque modo moueri absolute in bonum possit, & intentionaliter obiecti motione, qua inducitur, ut se in obiectum exercite moueat, & physice etiam ab alio: atque motione intentionaliter sola possit adæquate à se exercite moueri, nulla physica alterius motione præcedente, imò ita frequenter mouetur; cur non ab alio etiam solum physice in obiectum adæquate ferri quandoque possit, æque sit utriusque motionis capax, atque utramque simul prætere non sit necesse: siquidem motione solum intentionaliter præcunte, & moueri à se physice potest sæpe in obiectum mouetur, quin ab alio physice moueatur.

4. Recurrendum sane tibi erit ad rationem motionis exercite voluntatis à se in obiectum, que omni profectio- ni ipsius ad obiectum sine obiecti sollicitatione, aut dissuasionem boni, vel mali, quod in obiecto sit, propositione, & cognitione necessario habenda esse non potest, sed hanc ipsam euasionem ratio facta præcludit. Si enim, & à se, & ab alio mobilis physice voluntas sit: neque ita inter se motiones istæ essentialiter subordinantur, ut altera sine altera dari nequeat; siquidem datur motio à se, quin motio ab alio physice præcedat; sola intentionaliter motione obiecti præcedente: cur non datur motio ab alio physice in obiectum, quin se ferat voluntas in illud, ac prouide quin præcedat motio intentionalis, sed ab alio adæquate physice moueatur, & feratur in obiectum? Hoc solum contendunt, qui voluntatem in incognitum ferri, quandoque posse voluntate, scilicet, physice ab alio ita in obiectum ferri, actumque ex ea alterius motione actiue circa illud elicere, ut à se in ipsum non feratur, sed agatur, feratur, & rapiatur physice ab alio: sicut lapis proiectus in locum, in quem proicitur, est deorsum, vel deorsum ferri, quod naturalis virtute impulsu adiuuet proiciens, tamen à proiciente, ac non à se moueri dicitur: est eius motiua virtus non magis inclinare de se ad motum deorsum quam sursum (sicuti voluntatis potentia virtusque actiua, & potens ad odium, & amorem, profectioem, & fugam) planius non à se, sed à proiciente sursum, vel deorsum ferri, ac proici dicitur: quod si iterum dicas essentiam actus appetitue facultatis profectioem vel fugam esse, que dicunt appetitum à se, vel obiecti sequi, vel ab illo separari: qui enim aliquando ab alio retrahitur, non fugit ipse, nec discedit: & qui ab alio aliquo trahitur, non pergit ipse, nec accedit: dicit tamen aduersarij non eos actus solos, profectiui, vel fitiendi à se obiectum, posse elici physice à voluntate, sed conuentionem, vel separationem ab obiecto ab alio physice trahente, & retrahente ab illo: quibus à ratione satisfacere non poteris, nisi actum omnem potentia appetitue natura, & essentia sua talem esse, ut à potentia ipsa totus totus esse physice actiue debeat, neque secundum rationem vllam ab aliena motione physica voluntatis possit prouenire: ut nomina illa profectioem fugæ, & generale volendi, seu appetendi, satis demonstrant, ut dicebamus.

5. Similiter ex eodem principio aperitissima ratio datur illius itatæ apud Philosophos, & Theologos sententiæ de impossibilitate, seu incapacitate voluntatis, ut in suis actibus propriis violenter patiatur, ac subinde omnis eius actus voluntarius necessario esse debeat: siquidem eo præcipue huius ratio deorsum, quod omnis actus illius non nisi ex cognitione esse possit. Hoc autem, ut vidimus nisi ab alio physice immobilis sit egre defenditur. Potro contra hoc principium illud solum obici potest (præter vnionem hyposthaticam, & gratiam habitualem à Deo independentem ab exercitio voluntatis nobis infusam) quod ex intentione finis, & actu imperante voluntas ad mediū electionem, & actum, suum etiam imperatum physice videatur induci: imò si intentio efficax, & medium vnicum sit ad finis consecutionem, & imperium efficax ad eius mediū electionem, & imperatum actum physice necessario voluntate inducit. Cæterum nihil horum physica præmotione, & influxu præuio physico mouet voluntatem, sed sui præcisa formali assentientia voluntati ob impossibilitate eorum cum actibus, aut omissionibus appetitis (ut n. de vnione hyposthatice, & gratia ita à Deo positis, & infusis dicebamus) de intentione verò, & actu imperante. Ex quibus nunc arguitur, probatur. Siquidem inductio physica voluntatis ex intentione finis, & actu imperante, siue libera, siue necessaria ad

TEGA
A. par
Vla

medij electionem, & suum actum imperatum eliciendum, etiam si influxiva inductio physica foret, tandem in motum voluntatis à seipsa reduceretur. Siquidem à seipsa voluntas imperante actu, & finis intentione mota est: atque in eis motionibus implicite se ad electionem medij, & actum imperatum mouit; præsertim si pro eo instanti medium eligendum, eiusque commoda, & incommoda menti simul oberrabant: quod si tunc non oberrabant menti, sed primum in sequenti instanti ad illud, quo intentio, seu actus imperans concepti sunt: tunc etiam intendere, & imperare, vel eos actus omittere, & retrahi, incommodorum in prosequendo medio, ac obiecto actus imperati representatione, voluntas à seipsa potuit: quare in intentione, & actu imperante à se conceptis, à se etiam sola implicite ad electionem, & actum imperatum mota est, ac fortassis explicite: siquidem commoda, & incommoda eligendi medium, & actum imperatum eliciendi pro naturæ posteriori pro priori naturæ ad intentionem, & actum imperatum eliciendos antea (ut mente, & intellectione possunt) proposita voluntati sunt: quæ ratione non incongrue medij etiam vniuersi electio, & imperatus actus voluntatis cum efficacia intentionis, & imperantis actus, libere nihilominus, elici poterit. Et tandem, tam intentio, quam imperans actus sui assistentia formali, & impossibilitate cum electionis, & actus imperati omissione, non influxu physico præmotio, & præmotio in eos actus, sed, ut summum, impeditur, & à se quidem ipsa voluntatem determinat: cui determinationi principium hoc nostrum non aduersatur.

6. Eo vero statuto principio in Thomistarum doctrina (ut iam ostendimus) firmiori, sic præfinitiones Thomisticas impugno, primo, voluntas creata non est physice mobilis ab alio, sed mobilis ab alio intentionaliter: atque eius actus nequit esse præfinitus prædeterminatiue à Deo, nisi ipsa sit mobilis physice ab alio: ergo eius actus non est præfinitus à Deo prædeterminatiue: ergo præfinitio prædeterminatiua Thomistica actus voluntatis creata non est possibilis, sed omnino repugnans. Syllogismus, & consequentia utraque legitime sunt: & de postrema patet. Siquidem si præfinitio prædeterminatiua actus voluntatis possibilis, ac non repugnans sit, nequit non eiusmodi actus voluntatis esse præfinitus prædeterminatiue. Syllogismi maior est principium hæcenus statutum. Minor probatur: quia posita impossibilitate motionis voluntatis ab alio physice, seu physica immobilitate eius ab alio ad actus, motio ab alio omnis, quare, & physica, impossibilis est: posita autem physice præmotio, seu prædeterminationis impossibilitate impossibilis est præfinitio prædeterminatiua, quæ essentia sua non solum physice prædeterminationis possibilitatem concernit, verum & eius absolute existentie connectitur: ergo, nisi voluntas mobilis physice ab alio sit, eius actus à Deo præfinitus non est, ut in minori assumebatur. Maior est statutum hæcenus à nobis principium, & in Thomistarum, quos impugnamus, doctrina certum. Ipsi enim vi ab argumentis supra factis arbitri nostri libertatem (quæ de fide est) tuentur, nec adeo aperte à Catholicis desinant, & in Calvinismum eant, conspirato docent: Ad stante iudicio indifferenti voluntati nostræ necessitari absolute illam ab alio, adhuc à Deo, minime posse. Hoc autem nulla ratione valere defendi, si voluntas physice mobilis ab alio sit ad actus suos non est, sed omnino immobilis. Minor (quæ sola in hoc discursu nostra præmoueri ad suos actus physice potest, non est, cur, stante etiam iudicio indifferenti, & retrahente ex parte, & inuitante ex parte ad prosecutionem obiecti, nequeat ab alio præmotio aliqua physica (est alterius à Thomistica naturæ) necessitari absolute ad illius prosecutionem, huiusque libertatem absolute eueri, ut secundo argumento ostendimus, & de se se patet: quia physice præmotio, seu liberam electionem voluntatis, seu penes iudicium indifferentem, quod totam suam motionem intentionaliter exercet, sed penes alium, qui physice præmouet: in quo solummodo ostendi debet impossibilitas physica præmotio, seu necessitatis absolute voluntatem ad actum, ad

quem ipse potest physice præmouere: sed eius virtutis defectus nequit esse in Deo, à quo, si mobilis physice ab alio voluntas ad suos actus sit, mobilis in primis erit: ergo, si voluntas ad suos actus sit mobilis physice ab alio, etiam stante iudicio indifferenti, poterit ab alio necessitari absolute ad illos, atque absolute amittere in eis eliciendis libertatem.

7. Dices indifferentiam voluntatis constitui adæquate per iudicium indifferentem intentionaliter indifferentem præmouens voluntatem ad prosecutionem, vel non prosecutionem obiecti, vel eius fugam: quare implicite stante iudicio indifferentem, ac non stante absolute voluntatis libertatem, & indifferentiam ad prosecutionem, vel non prosecutionem obiecti, eiusque fugam, quæ pugnat cum absolute eius necessitate ad prosecutionem, ab alio per physicam quamvis, & cuiusvis conditionis sit, inducenda voluntati. Hanc solutionem ethici fatalibus, atque hæreticis præcis prædeterminatoribus à Patribus, & Conciliois damnatis familiarem, pluribusque rationibus, imo & consequentiæ Thomistarum aduersam, ostendimus supra. Sed vniuersaliores rationes, atque à materia præfinitionis prædeterminatiue, & physice præmotiois abstractentes hæc referuabimus: ut eo spectaculo exaltatos Thomistas deprehenderemus factus in aperto palantes. Arguo sic: etiam potestas indifferentis, & libertas voluntatis in actu primo, iudicium indifferentem requirit, & indeterminationem motionis intentionalis, tamen non in eo stat adæquate ea potestas indifferentis, & libertas voluntatis in actu primo; sed ulterius, & principalis claudit actum indifferentem potestatem voluntatis ad oppositam: ergo, si stante iudicio, & motione intentionali indifferentem, non staret actiua potestas indifferentis voluntatis, non itare absolute libertas in actu primo voluntatis, si ab alio physica aliqua præmotio in (non dico benignissima, & suavissima qualem Thomistæ suam esse volunt, & vendicant, esseque modo permitto) acerrima, terrea, & aculeata, tra in actum suum ageretur voluntas, ut absolute necessitaretur actiue ad illum, non staret simul absolute libertas voluntatis in actu primo, & eadem absolute in actu primo necessitas: siquidem, ut prima consequentia inferat, non esset absolute eius libertas in actu primo, sine virtute coexistentia repugnans, quæ solutione aduersariorum futura afferrebat. Prima vero consequentia negari, nisi ab stupido homine, nequit. Est enim huic similis consequentia. *Homo claudit essentialem animam rationalem, & corpus: ergo desiciente corpore non est absolute homo, est anima perseverans.* vel si ad aliud quidpiam duo requiratur: *ergo non sufficit corpus.* Nisi illa tibi defectio magis ardeat, quæ tunc pluribus adstantibus aliquando, diu mouit. *Requiratur ad probationem iuridicam duo, ut minimum testes: ergo sufficit vnus.*

8. Igitur antecedentis probatio totum, sed fere nullum, negotium erit. Probatur primo: quia ad indifferentem potestatem, & libertatem in actu primo requiritur actiua indifferentia voluntatis præter intentionalem indifferentiam iudicij proponens. Si enim determinata actiue ad vnum voluntatis potestas esset, est indifferentem ipsi obiectum proponeretur, non esset etiam potestas in actu primo absolute libertas: ergo actiua etiam potestas indifferentem, nec solum intentionalis per indifferentem obiecti propositionem, constituit libertatem voluntatis in actu primo. Confirmatur. Nam appetitum beatitudinis sæpe proponitur obiectum cum indifferentia, & tamen libertatem in actu primo non habet, quia neque habet alterum eligendi actiua potestatem, sed in infinitum ad vnum, quod viduis proponitur agi solummodo possunt: quod si & obiecta duo æque commoda, ac æque vniuersi proponantur, neutrum prosequi potest, ut de celestibus Buridani vulgo dicitur. Secundo probatur potestas ex definitione causæ, & potentie liberæ apud Philosophos Patres, & Theologos sanctatissima, à nobisque demonstrata, etc. 1. quæst. 7. ex ea quippe constat potestatem indifferentem causæ liberæ, seu eius in actu primo libertatem esse ad operandum, seu agendum, vel non agendum, vel etiam ad agendum oppositum: ergo potestas indifferentem, in qua causæ liberæ, seu voluntatis libertas in actu primo formaliter stat, tota in potestate actiue

actiue indifferentie cause libera, seu voluntatis formaliter, & directè constituit; & si indifferentem obiecti propositionem, quia in incognitum ferri nequit, necessario præsupponat, argue, vt conditionem indispensabilem prærequirit: ergo indifferentia actiue potestatis libertatem cause liberæ in actu primo non potest non constituere; quæ eam indifferentia intentionalis indifferenti obiecti propositione constituit: siquidem actiua indifferentia in linea eadem actiuitatis potentie, in qua libertas in actu primo voluntatis est, omnino inuenitur; secus autem intentionalis indifferenti propositionis obiecti, quæ actiuitatis lineam, in qua ipsa non est, minimè complet, sed tantum vt conditio necessaria viam voluntati aperiens, vt facultate sua progrediatur, sitate, vel fugiat ostendens, prærequiritur. Et sanè non menti solum, sed, vel sensui ipsi, absolum est: conditionis indifferentiam, non autem facultatis actiue, in qua, & libertas in actu primo est, & à cuius indifferenti potestate egredi operatio, & effectus debent, vt liberi sint, & fiant, ad libertatem voluntatis requiri. Si autem actiua voluntatis indifferentia ad libertatem eius in actu primo, non æque solum, sed & principalis, & directus, quam indifferentia intentionalis propositionis obiecti, formaliter constituit, ea actiuitatis indifferentia concurrens: est intentionalis actus, si actiua, ex acri, & inflexibili aliqua physica præmotione necessitante absolute voluntatem ad suos actus & prædeterminante etiam ad se sola necessitate absoluta erit. Quare & stante indifferenti obiecti propositione, si mobilis physice ab alio voluntas creata sit, nulla erit repugnantia in eo, quod necessitate absoluta physice ab alio in suos actus præmouetur: ergo voluntatem non posse necessitate absoluta physice ab alio moueri ex nostro hoc principio vniuersè probandum est, quod voluntas physice mobilis ab alio non sit.

9. Dicis iterum libertatem voluntatis in actu primo non stare in sola indifferentia intentionalis propositionis obiecti, sed in ea, & actiua potestate voluntatis entitativa ipsique intrinseca: quæ nulla, quantumvis acerrima, & fœdè necia præmotione physica ab alio destituta absolute potest: quare neque induci ab alio absolute necessitas operandi in voluntatem, quin simul absolute necessitas, & absoluta libertas, ad operandum, scilicet contradictoriet, iungantur. Sed contra primo: quia stante indifferentia intentionalis, & entitativa intrinseca, & essentiali actiua voluntatis potest si mobilis physice ab alio hæc fit sine vlla repugnantia ex parte actus primi, & actiuitatis, tam influxiue, quam purè impeditiue absolute ab alio physice necessitari, tam ad operandum determinate, quam ad determinate non operandum: ergo nequit in entitativa, & essentiali voluntatis indifferentia actiua, & intentionalis propositionis obiecti stare adequate libertas voluntatis in actu primo; sed vterius necessitate absolute impediens, vel influxiue ab alio ad iunctæ voluntati excluditur eius in actu primo libertas: ac proinde eiusmodi necessitate ab alio posita non statim simul absolute libertas ipsi contradicens. Maior entitativa voluntatis, quatenus ab ipsa, & per ipsam secundum se sumptam est. Sed huic indifferenti potestati actiua non repugnat esse necessitate actiue, seu ferreè ad vnum determinatam physice ab alio si mobilis physice ab alio sit: ergo neque, repugnat ab alio actiue necessitari absolute ad vnum, non obstante indifferentie potestate actiua entitativa, & essentiali voluntatis. Secundo intrinseca entitativa, & essentialis potestas indifferentis actiue voluntatis de se non habet sibi idem iunctam negationem necessitatis absolute ab alio, & physice prædeterminationis, quantumcumque ferreæ, ad vnum: ergo, et si ipsi accidat nihil ipsi contradicens, & repugnans. Tertio actiua, & essentialis hæc indifferentia voluntatis de se ad peccandum, vel non peccandum: quia negationi vnionis hypostatice non identificatur, ac subinde neque negationi necessitatis absolute, & irresistibilis determinationis ad non peccandum, vnionem hypostatice, & absolute inde necessitatem, & irresistibilem determinationem ad non peccandum comparatur, de factoque admittit per vos in Christo Domino, atque à Deo humanitatis Christi vo-

luntas ratione vnionis hypostatice libertatem absolutam, & indifferentem absolute actiuam potestatem ad peccandum non habuit: sed neque habet voluntas creata sibi idem iunctam negationem præmotionis physice ab alio, quantumcumque ferreæ opus sit, ad necessitatem absolutam ad vnum quempiam actum induendam: ergo & absolute præmotionem physice ab alio, quantumcumque ferreæ opus sit ad necessitatem absolutam illius actus induendam voluntati voluntas pati potest, ac sine vlla repugnantia, & contradictione patitur. Confirmatur: quia, vt superius ostendi, cum vnione hypostatice iudicium, seu propositio indifferentis obiecti prosequendi, vel fugiendi ab humanitate Christi ad præcepti obseruationem adfuit. Et eodem modo, quo practice indifferentis ad transgressionem voluntati humanæ Christi non fuit, nec voluntati humanæ Christi ab alio ita ferreè prædeterminata, ac præmotæ physice ad vnum actum, vt absolute ab alio necessitaretur, practice indifferentis esset ad eius actus omissionem propositio: quare, sicut cum necessitate absoluta non peccandi non coniungeretur libertas absoluta voluntatis illi necessitati non peccandi absolute contradicens, quia propositio practice indifferentis non peccandi ob peccati impossibilitatem cum vnione hypostatice non adit: ita nec tunc adesset libertas ad omissionem actus, ad quem præmotione illa necessitaretur absolute: quia propositio indifferentis speculative, practice indifferentis non esset ob omissionis cum præmotione physice necessitante impossibilitatem.

10. Quarto inde arguo intrinseca de se indifferentia, & essentialis propositionis obiecti necessaria ad libertatem nullo aduicente auferri potest, quando illa persistit entitativa; & tamen extrinsecus posita vnione hypostatice, & aliis, potest per vos impedi, ne habeat rationem practice indifferentie necessariam ex parte intentionalis indifferentie vt libertatem absolutam voluntatis in actu primo de facto constituat: ergo entitativa intrinseca, & essentialis indifferentia actiua voluntatis de se, etiam per stans, poterit extrinsecus ad vnum extremum impedi, atque ad aliud absolute ab alio extrinsecus actiue physice necessitari si mobilis ab alio absolute voluntas sit. Confirmatur, quia potest essentialis illa actiua indifferentia voluntatis in se persistas necessitari absolute ad vnum ab alio nempe a iudicio, seu propositione determinata, ac determinate: ergo, & ab alio actiue physice, si ita mobilis æque ab alio sit, atque est mobilis intentionaliter per obiecti propositionem determinatam, & determinatam intentionaliter: quia voluntas, cæca potentia cum sit, essentialem dependentiam habet à motione intentionalis propositionis obiecti, neque adduci aliquo, retrahere potest, nisi ad vtrumvis propositione bonitatis, & malitiae obiecti: quod ipsum responderi potest ad quartum argumentum principale: nimirum intentionalem motionem propositionis indifferentis esse essentialiter dependentem, & subordinatam indifferentie actiue voluntatis, quæ alterius generis est, ac proinde ex eius impotentia absolute actiua ad vnum posse amittere rationem practice indifferentie necessariam, vt de facto libertatem voluntatis in actu primo constituat. In suo autem genere, neque intentionalem propositionis indifferentis de se intentionaliter, neque actiuam voluntatis de se indifferentiam actiue physice posse ab alio absolute necessitari. In primis solutio hæc, quatenus docet neutram indifferentiam physicam actiuam, & intentionalem entitativam, & essentialem posse in sua linea sua, & vtraque coniunctim, adequate libertatem voluntatis in actu primo constituant, pugnat cum his, quæ ad id statuendum adducit: scilicet propositionem entitativæ, & representatiuæ, ac speculative indifferentem amittere rationem indifferentie practice necessariam, vt ex parte sua de facto libertatem voluntatis in actu primo ad peccandum v. g. constituat, atque à Deo ab eius ex parte sua constitutione impedi: quia ex parte potentie actiue voluntatis absolute non est actiuitas indifferentis physice ad peccandum, in humanitate Christi v. g. atque hæc indifferentia actiua, & physica voluntatis

TEGA
A. pari
Vla



voluntatis non auferretur, neque impeditur, quominus absolute talis vere dicatur, ac sit, & ex parte sua voluntatis humane Christi in actu constituat, ab alio, non intentionaliter, sed physice absolute necessitante voluntatem Christi ad non peccandum per actum physicam inductionem visionis hypostatice in Christi humanitatem: ergo statui initio solutionis huius actum indifferentiam physicam entitativam voluntatis in eadem linea physica ab alio posse; auferri seu impediti, quominus ex parte sua illius linea libertatem voluntatis in actu primo constituat. Contra secundo: quia stante propositione obiecti indifferente secundum se potest coniungi cum illa intentionalis determinatio, & necessitas ad vnum: vt in Beatis, & Christo, adhuc in hac vita, Deum videntem cernere licet: qui nouit commoda, & incommoda amplectendi passionem, & mortem preceptam; & tamen visione Dei intentionaliter necessitabatur ad mortem preceptam amplectendam, ita vt eam, non accipere non posset ex vi precise intentionalis determinationis illius per visionem Dei, etsi vno hypostatice abeffer: ergo indifferentia intrinseca intentionalis in eadem linea intentionalis determinationem, & necessitatem absolutam ad vnum compatitur, potestque absolute impediti, ne de facto libertatem voluntatis in actu primo constituat.

II. Illud de essentiali dependentia voluntatis à propositione obiecti ad operandum, ac proinde ab indifferente propositione illius, vt ex libertate & potestate absolute indifferente operari valeat, & operetur, nihil ad confirmationem enervandam prestat. Solum enim probat sublata indifferente obiecti propositione per determinatam, & determinantem ad vnum propositionem absolutam voluntatis in actu primo necessitatem induci, atque aboleri oppositam absolutam eiusdem in actu primo libertatem: quod omnes fatemur: Inde arguimus ex potestate inducenda necessitatis voluntati motione intentionalis ab alio, posse. Etiam ab alio promotione physica absolute necessitatem in nostram voluntatem cum sua entitativa indifferencia actiua persistentem induci. Quod enim ex defectu essentialis requisiti perire libertas possit, non tollit, quod aduentu alterius non essentialiter requisiti possit etiam absoluta necessitas operandi succedere. Ecce ad tuendam vitam naturaliter alimento opus est: quare eius defectu mors cœntura naturaliter legitime inferitur; & tamen abundante alimento febre, fetore innumerisque aliis naturaliter etiam induci potest. Cuius ratio est: quia res omnes non solum defectu requisitorum, vt sint, atque persistent, sed aduentu contrariorum possunt perire. Contra secundo arguo, & rationem proximam confirmo. Quia voluntas creata non pendet essentialiter physice, aut intentionaliter in sua operatione ab vnione hypostatice: ea tamen, è superfluo, data à Deo humanitati Christi necessitatem absolutam non peccandi in humanam eius voluntatem induxit, atque absolutam illius libertatem abtulit ad peccandum: ergo libertas voluntatis intrinseca, seu potestas indifferens de sese entitativa non solum defectu alicuius requisiti essentialiter, vt absolutam libertatem operandi, vel non operandi cum illo constituat, potest impediti absolute ne absolutam libertatem constituat, & absolutam potius necessitatem operandi patiatur, vel non operandi; sed id etiam potest illi aduentu alterius ad operandum non requisiti contingere. Tertio demum esto: nequeat necessitati entitativa actiua potestas voluntatis indifferens de sese nisi defectu alicuius requisiti essentialiter ad operandum, vel non operandum, seu aduentu oppositi, & pugnantis cum eo requisito (vt contingit cum adest propositio determinata, & determinans ad obiectum propositum prosequendum) atqui non minus, sed multo magis, & principalis pendet voluntas creata, qua creata à decreto Dei concurrenti cum ipsa, & (vt aduersariis placet) à physica eius prædeterminatione, & promotione ad operandum quidquid operatura est: ergo, si decretum hoc, & promotio physica determinata ad vnum sit, & subinde determinans, ac prædeterminans ad illud vnum voluntatem, entitativa eius potestas de sese indifferens necessitabitur absolute ab alio ad operandum, nec habebit absolutam ad operandum, vel non operandum li-

bertatem. Probatur consequentia posito decreto illo de se efficaci, & concurrenti, seu prævia motione, & prædeterminatione Dei requisitis per vos essentialiter à voluntate ad operandum ponitur determinatio prædeterminans ad vnum impossibilis cum decreto efficaci etiam de se, & prædeterminatione ad extremum oppositum essentialiter requisito ex parte actus primi, vt possit absolute oppositum hoc extremum à voluntate potestare actiua entitativa de sese indifferente apponi: non minus, inquam, requisito, sed magis, ac principalis, quam propositio obiecti, vt in illud voluntas, quia caeca potentia est, ferri absolute possit: sed per te appositione propositionis obiecti determinatæ, ac determinantis ad eius prosecutionem, & impossibilis cum propositione, saltem practice, & motiue, indifferente determinatur ex parte actus primi, & necessitatur absolute voluntas ad operationem prosecutionis, qua deficit propositio practica alterius partis cum propositione determinata, & determinante repugnans, à qua essentialiter voluntas ad eam partem sequendam dependet: ergo decreti de se efficaci, & promotionis physice ad vnam partem appositione inducitur voluntati absoluta necessitas illam exequendi: quia deficit necessario eo posito aliud essentialiter requisitum ex parte actus primi, vt aliam partem sequi voluntas possit.

III. Nec satis respondebis: præfinitionem prædeterminatam, & prævium Dei concurrentium, seu promotionem physicam, requiri quidem ad operationem, non ad potentiam voluntatis absolutam operandi, cuius proinde indifferencia actiua pro signo potentie, ad quod præfinitio nec requiritur, nec spectat, auferri absolute, aut impediti præfinitione, aut promotione physica nequeat. Neque enim quidquam requisitum ex parte actus primi ad operationem, & siue quo ex parte actus primi posito operatio esse nequit cognitur à Philosophis & Theologis est, quod ad potentiam operandi absolute non spectet: sed præfinitio prædeterminata, cuius promotio requiritur per vos ex parte actus primi voluntatis ad quamvis operationem voluntatis: ergo ad potentiam operandi absolute talem, siue ad posse absolute, nec solum ad operari: quare ad eam partem, ad quam positione decreti de se efficaci ad oppositum præfinitio prædeterminata non fuerit, nec posse absolutam voluntatis erit, quod generale argumentum est de omnibus requisitis ex parte actus primi, vt principis, vel vt applicationes ad operandum, quo pacto solum requiri suam physicam promotionem Thomistæ aliquot volunt sed ex requisitis ex parte actus primi ad absolutam potentiam operandi, vt comprincipia partialia (quomodo præfinitio, seu decretum Dei efficace concurrenti cum voluntate creata,) est adhuc euidens spectare ad absolutum posse operari. Car enim ex duobus causis partialibus eiusdem generis, altera ad absolutum posse spectet; altera ad idem absolutum posse, quod æque in eodem genere cause constituit, non spectet? Denique impugnat solutio, quia æqua facilitate, & maiori ratione dicitur indifferenciam intentionalem propositionis vtriusque partis obiecti non requiri, & spectare ad absolutum posse operari voluntatis, sed solum ad operari: quare neque sublata practica propositione vnus partis prædeterminata, ac determinantem propositionem partis alterius auferri absolute posse voluntatis ad illam: siquidem obiecti propositio solummodo, vt conditio, ac non, vt principium actiuum (in quo genere tota indifferens absoluta potestas voluntatis requiritur) præcedit. Hoc autem & contra sententiam Thomistarum ea distinctione videntur est, & contra ipsos concludit: quod sicut determinatio intentionalis per propositionem alterius partis obiecti determinatam, & determinantem voluntatem ad vnum, atque excludentem practicam propositionem partis alterius, ac subinde indifferenciam intentionalem motionis practice vtriusque partis non obstat quod solum requiratur ad operari, non autem ad absolutum posse operari euenit per hanc libertatem voluntatis in actu primo: ita etiam determinatio siue extrinseca præfinitionis suæ, & intrinsece indita physice prædeterminationis, & si solum ad operari requisita sit, non ad posse

posse absolutum operari, eius libertatem euertere: quia præfinitionem alterius partis requiritur, & si non ad posse operari, illam tamen ad operari excludit. Sed de hac distinctione plura dedimus q. 7. argumento alio ab auxilij sufficientis eliminatione contra Thomisticas præfinitiones petio agentes: nec pauciora has eisdem solutiones de iudicio indifferenti, & potestate entitativa voluntatis eadem quæstione confutantes.

13. Quinto principaliter arguo. Necessitas absoluta voluntatis in actu primo opposita absolute eius libertati in actu primo opponitur formaliter actiue voluntatis indifferentiæ in actu primo. Parec liquidem libertas absoluta voluntatis in actu primo id ipsum, quod actiua voluntatis indifferentiæ absoluta in actu primo, est omnium, etiam aduersariorum, sententia: quare implicat necessitatem absolutam voluntatis in actu primo eius absolute libertati in actu primo repugnare, & contradicere, quin & absolute eiusdem actiue indifferentiæ contradicat, alioqui enim eadem ipsi termino, & extremo contradiceret, & non contradiceret. Inde eadem euidentia infero secundo: ergo, quod contradicit absolute indifferentiæ actiue voluntatis in actu primo, absoluta eiusdem voluntatis necessitas in actu primo, libertati eius absolute in actu primo contradicens, est. Parec etiam consequentia. Quia, si libertas in actu primo, & indifferentiæ actiua voluntatis idem omnino realiter formaliter sunt, & eadem debent contradicere: quare, cuiuscumque contradicit indifferentiæ actiua voluntatis, debet etiam libertas eius in actu primo contradicere: alioqui idem eadem contradiceret, & non contradiceret. Sed potest dari persentia voluntate, cuique entitativa indifferentiæ, & indifferentiæ intentionali per indifferentem obiecti propositionem, (imo de facto datur in aduersariorum sententia) quod contradicit indifferentiæ actiue absolute voluntatis: ergo eadem persentibus potest dari, de factoque datur necessitas absoluta voluntatis eius libertati in actu primo contradicens. Consequentia negari non potest, quin negans ad contradictionem secundi consequentis cogatur, quod est vicina huius syllogismi Maior. Minor autem subiuncta probatur. Nihil magis, & immutabilius contradicit actiue indifferentiæ absolute voluntatis in actu primo ad vnum, quam eiusdem actiua absoluta determinatio in actu primo: at si voluntas mobilis physice ab alio sit, potest dari absoluta eiusdem actiua determinatio in actu primo: imo datur per aduersarios ea in actu primo determinatio ad vnum, cum extrinseca prædeterminatiue præfinitionis nostrorum actuum, tum intrinsece inhærens physice qualitatis præmouens ad actiue voluntatem ad actum præfinitum, quæ ipsi parentibus physica actiua prædeterminatio est hæc voluntate, eiusque intrinseca indifferentiæ intentionali propositionis obiecti indifferenti: ergo potest dari, imo per aduersarios de facto datur, aliquid contradicens absolute indifferentiæ actiue voluntatis in actu primo: ergo potest dari absolute, & de facto datur absoluta necessitas ad operandum stantibus iudicio indifferenti, & entitativa indifferentiæ actiua voluntatis de se, si secunda consequentia illa discussus huius iam demonstrare desinat. Hoc autem est, quod contra aduersarios contendeuimus si mobilem physice ab alio voluntatem esse velint, vt physica eorum præmotio, & prædeterminatiua præfinitio respectu nostre voluntatis locum possint habere. Vltimus vero probatum obiter est præfinitionem prædeterminatiuam, & physicam, prædeterminationem, suo quamque gradu voluntati nostre absolute simpliciter talem, & antecedentem necessitatem ad operandum absolute eius indifferentiæ actiue, & libertati in actu primo contradicentem, inducere: ac subinde præfinitionem actuum nostrorum, & physicam prædeterminationem Thomisticam voluntatis nostre libertatem in actu primo destruet: proindeque, & eorum in actu secundo libertatem euertere, de quo proluxa, neque arguis nobis concertatio per quatuordecim tota certamina q. 7. conuenio cum aduersariis fuit: quare extreme breui parti videris, & copiosius demonstrande nunc absumo, vt breui late probatum, nostrum hoc argumentum sic colligam vel voluntas est physice mobilis, vel non est physice mobilis ab alio. Si potestrem præfinitio

vestra prædeterminatiua, & illam subsequens physica prædeterminatio voluntati nostre sunt impossibiles: si primum positus etiam actiua entitativa indifferentiæ voluntatis de se potest absolute actiue necessitari, & determinari in actu primo ab alio ad vnum, quod absolute eius indifferentiæ actiue (quæ idem cum eius libertate in actu primo omnino est) contradicit: imo per aduersarios adest in præfinitione prædeterminatiua Thomistica, & inde orta prædeterminatione: ergo cum præfinitione prædeterminatiua Thomistica, qua mobilis ab alio physica admittitur voluntas, non stat voluntatis nostre libertas.

CERTAMEN II.

A peculiaribus absurdis eadem præfinitiones impetuntur.

I. **V**ulgaria quidem absurda hæc, in quæ præfinito. res hocce egimus: adeoque prope, & ad plenam naturalem rationis lumen, & limen posita, vt ita im, ac eorum sententia auditur, nullis ad rei meditationem, & laborem temporis inductis vitiosee ea omnia occurrant. Cum tamen nulli eorum elapsis fere integro sæculo, ex quo nostrorum cum Dominicanis Parisiis exorta controversia est, alio quam vocum, & vocum vacuum multiplicatione inuili verbo, aut scripto fuerit ab illis obuiatum (vt ex recitatis, & confutatis eorum solutionibus facile constat,) quam inde ea argumenta apud alios prudentes rerum estimatores laudem fuerint assecuta referre omitto: satis enim inde conitat, quam mereamur. Alias enim reuocitas nostra (acutioribus fors notissimis) euidentis discussus notas ignorat, quam nullam à cunctis, multumque conantibus, illius robur infringi, etque nunquam fatiscere. Quod autem ea omnia, quæ hæcenus à nostris, & a nobis contra ipsos deducta absurda, & intracta ex eis argumenta sunt, statim sese solo rationis lumine absque alio pene studio, & labore prodant vel inde monstrant; quod ea omnia à litis huius initio & conuentione, (vt aiunt) ex Doctorum societate vbiq; errarum commorantium, ac separatim ea de re scribentium discussu omnino concordia ea omnia anno 1599. Clementi VIII. contra præfinitiones hæcæ per bonæ memoriæ Præpositum nostrum generalem R. Claudium Aquauina 22. Februarij representata à societate nostra sunt. Cum enim eius Pontificis iussu à societate caule, ob quas præfinitiones, & prædeterminationes Thomisticas tantopere abhorreant quaererent, rescripto (cuius originale Romæ apud nostros adseruatur) Cardinali Madruchio tradito in hæc verba respondit. Quæ est de prædeterminatione, gratiaque de se efficaci prædeterminante (de qua nihil hic dicimus) vt plurimum sint. Loco tamen prædeterminationis, seu auxilij efficacis prædeterminantis (quæ transcriptionis fides mutare non permittit) præfinitiones diuinas de se efficaces intelligi volumus, & substitui.

2. Quia in re gratissima, & ex qua magna pars Theologia supernaturalis pendet, nouam doctrinam prædeterminationis voce introducunt, quæ nulli auctoritatis fundamento, sacrarum litterarum, Conciliorum S. Augustini, & aliorum sanctorum Patrum, D. Thomæ, vel antiquorum scholasticorum, Aristotelis, vel grauis cuiuspiam Philosophi nititur; sed, cum hac ipsa prædeterminationis opinio, tum quæ ex ea deducuntur illis omnibus non obicere repugnant: ac præsertim plurimis D. Thomæ sententiis, quæ cum hac prædeterminatione nullo modo coherent. Secundo: multa, quæ ex ea consequuntur sunt in valde constantia, quæ Lutherus, Caluinus, alique nostri temporis heretici docuerunt: arque adeo multi sunt, qui existimant ea, nec re, nec verbis ab eorum doctrina differre: quare ne heretici nostrorum Doctorum auctoritate, ac veluti patrocinio abutantur, eam sententiam non putamus amplectendum. Tertio: hæc prædeterminationis recepta sententia nonnulli sacri Collegij Tridentini, præfinitiones, quibus horum

TEGA
u. pari
Vla.